

1223.

Ul<sup>o</sup> P<sup>o</sup> P<sup>o</sup> d<sup>o</sup> n<sup>o</sup> g<sup>o</sup> h<sup>o</sup> n<sup>o</sup> i<sup>o</sup> v<sup>o</sup> v<sup>o</sup> VII. zu<sup>o</sup> G<sup>o</sup> n<sup>o</sup> s<sup>o</sup> t<sup>o</sup> r<sup>o</sup>  
 v<sup>o</sup> n<sup>o</sup> d<sup>o</sup> h<sup>o</sup> o<sup>o</sup> s<sup>o</sup> t<sup>o</sup> r<sup>o</sup> v<sup>o</sup> s<sup>o</sup> u<sup>o</sup> r<sup>o</sup> u<sup>o</sup>.  
 1223.

Heinricus septimus divina favente gratia Ro-  
 manorum Rex semper Augustus in perpetuum.  
 Regie serenitatis interest maxime personas illas  
 et earum possessiones contrectari, quibus pre ceteris  
 noverint Domino devotius famulati, ea propter  
 confare volumus universis, quod Marguaredus da-  
 pifer de Anewilre et filius ejusdem Theodericus  
 infeodati fuerant ab avo et Domino nostro Hein-  
 rico Imperatore et patre nostro Philippo felicis  
 memorie beneficio quodam in Sassenheim et in  
 Lethershusen circa Berstraziam sito, apud easdem  
 autem villas fratres Schonauenses cisterciensis  
 ordinis Wormatiensis Dyocesis eciam Marpach  
 dictam cum vineis et agris adjacentibus possidere  
 noscantur, de quibus utpote libera proprietate  
 semper habitis, nulli aliquando vel exactionem  
 aliquam vel pensionem advocatitiam exhibue-  
 rint, nec exhibere debuerunt. Verum quia id eti-  
 am nobis legitimis tam ipsorum quam vicinorum  
 assertionibus consistit evidentiis, volentes eis-  
 dem fratribus tam illa quam alia quecumque  
 a progenitoribus nostris habita conservare pa-  
 riter et ampliare. Mandamus atque sub obtentu  
 gratie nostre districte precipimus omnibus ad quos  
 idem beneficium devolutum fuerit, ne ipsi occa-  
 sione aliqua fratres predictos in curia Marpach  
 prenotata, et possessionibus adjacentibus per exac-  
 tionem vel ius aliquod ibi requirendam inquietate  
 presumat, veram tam ha quam alibi omnimoda  
 tranquillitate in suis habitis communibus quoque  
 civium pascuis, aquis, pratis, silvis ac ceteris com-  
 munitatibus sicut habentur extiterunt, sic et am-  
 modo magis participes existant. Quod si quis huic  
 nostro mandato contraire et predictorum fratrum

Anno 1223